

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Deka

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Oratio VII.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)



# ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ

## ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

ΠΡΟΣ ΗΡΑΚΛΕΙΟΝ ΚΥΝΙΚΟΝ, ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΩΣ  
ΚΤΝΙΣΤΕΟΝ.

# JULIANI IMP.

## AD HERACLIVM CYNICVM,

DE CYNICA SECTA.

"Voss.  
addit  
ΚΑΙ ΕΙ  
ΠΡΕΠΕΙ  
ΤΩ ΚΤ-  
ΝΙ ΜΤ-  
ΘΟΤΣ  
ΠΡΑΤ-  
ΤΕΙΝ.

ΛΟΓΟΣ Ζ.

ORATIO VII.

"Voss.  
ἢ πολλὰ

**Π**ΟΛΛΑ γίνεσθαι ἐν μα-  
κρῷ χρόνῳ τῆτο ἐκ τῆς  
κωμωδίας ἀκηκοότι μοι  
πρῶτην ἐπῆλθεν ἐκβοῆσαι,  
ὀπηνίκα παρακληθέντες ἠκροώμεθα  
κυνὸς ἔτι τορῶν ἔδὲ γενναῖον ὑλακτῆν-  
τῶν. ἀλλ' ὡσπερ αἱ τίτθαι μύθους ἀ-  
δοῦντῶν, καὶ ἔδὲ τῆτος ὑγιῶς διαλιθε-  
μένῃ. παραχρῆμα μὲν ἔν ἐπῆλθέ μοι  
διανασάντι, διαλυσαί τ' σύλλογον. ἐ-  
πεὶ δὲ ἐχρῆν ὡσπερ ἐν θεάτρῳ κω-  
μωδομένων Ἡρακλέους καὶ Διονύσου  
παρα τῶν κωμωδῶν ἀκείνῃ. ἔ τῆ  
λέγοντῶν, ἀλλὰ τ' στωικεγεμένων  
χάριν, ὑπέμενα· μᾶλλον δὲ εἰ χρῆ-  
τι καὶ νεανικώτερον εἰπεῖν, ἡμῶν αὐ-  
τῶν ἕνεκα, καὶ τῆ δοκεῖν ὑπὸ δεισι-  
δαμονίας μᾶλλον, ἢ διανοίας, ἀσεβῆς  
καὶ λελογισμένης, ὡσπερ αἱ πελειά-  
δες, ὑπὸ τ' ῥηματίων σοβηθεῖς, ἀνα-  
πῆναι. ἔμελλον δὲ ἐκείνο πρὸς ἐ-  
μαυτὸν εἰπεῖν

"Voss.  
ἐπιπῶν.  
Odyss  
20 T. v. 18.

Τέτλαθι δὴ κραδίη· καὶ κῆύτερον  
ἄλλο πὸτ' ἔτλης.  
ἀνάσχεσθαι κυνὸς ληρῆντῶν ὀλίγον ἡμέ-  
ρας μόριον· ἔ πρῶτον ἀκείνῃ τῶν  
θεῶν βλασφημημένων. ἔχ ἔτω τὰ κοι-  
νὰ πρῶτῳ καλῶς ἔχ ἔτω τ' ἰδίῳ

**M**ULTA longo temporis spa-  
tio accidunt, ait Comicus.  
quod, ut audieram, nuper  
mihi vociferari libuit, cum ad  
audiendum Canem conveni-  
mus: qui quidem neque generosum aliquid  
allatrabat, & nutricum more meras occine-  
bat fabulas, ac ne eas quidem prudenter &  
cum judicio digestas. Statim igitur mihi venit  
in mentem assurgere conventumque dissol-  
vere. Sed cum velut a Comicis in theatro  
traductos audire Herculem & Bacchum  
oporteret; non tam dicentis, quam eo-  
rum qui intererant, causa sustinui: imo ro-  
stra potius; si quid audacius eloqui licet;  
ac ne superstitione magis, quam pia & co-  
gitata ratione commotus viderer ad hæc  
verba, columbarum instar, pavefactus evo-  
lasse. Sic igitur mihi ipse locuturus e-  
ram:

*Sustine agedum cor: nam es pejus aliud  
olim sustinuisi.*

Canem, inquam, exigua diei particula deli-  
rantem sustine. Non enim contumelio-  
sas voces in Deos jaci nunc primum audis.  
Non tam felici in Republica versamur:  
neque privatae nostræ res tam prudenter ad-  
ministran-

ministrantur: neque porro tam beati sumus, ut aut puras aures habeamus, aut ne saltem oculi nostri tam diversis ferrei istius faculi flagitiis ac sceleribus inquinentur. Quoniam ergo tanquam ejusmodi malorum exemplis carentes, Canis iste nos impiis sermonibus implevit; cum Deorum optimum nominavit; quod utinam nec ille pronuntiasset unquam, neque nos audissemus! age demus operam, privatim ut ipsum doceamus: primum Cani *veros sermones potius* quam fabulas convenire scribere. Deinde cujusmodi & quæ instituire oporteat *argumenta* fabularum: si quod fortasse Philosophiæ genus indiget *fabularum tractatione*. Postremo de religione erga Deos pauca disputabo. Hanc enim habui causam, cur ad vos prodirem; quamvis neque in libros conscribendos admodum propensus essem, & pro concione dicere, inter alia quæ molesta ac sophistica sunt, hactenus recusassem. Sed pauca prius de fabula, tanquam genealogiam aliquam exponenti, eloqui mihi, vobis audire, non absurdum fortasse fuerit.

Quanquam illius originem & inventionem, ac quis primus mendacium probabiliter componere ad utilitatem audientium vel animi fructum instituerit, non magis investigare possumus, quam si, quis primus *sementem fecerit*, aut expuerit, indagare velimus. Quod si, ut equites in Thracia ac Thessalia, sagittarii cæterique levioris armaturæ milites in India, Creta, & Caria, primum reperti feruntur, quod locorum naturam rerum studia ipsa consequantur; sic in cæteris evenisse quispiam velit, ut apud quos in honore habentur singula, ab iis ea primum inventa videantur; consequens erit a gregariis & plebejis hominibus inventas esse primo

A *ένεκα σωφρονῶμεν. εἴμην ἔδὲ εὐτυχεῖς ἐσμεν, ὥστε τὰς ἀκοὰς καθαρὰς ἔχειν· ἢ τελευτᾶν γὰρ τὰ ὄμματα μὴ κενεῖν τοῖς παντοδαποῖς τετρατί τῶ σιδηρῶ γένεσ ἀσεβήμασι ἐπεὶ ὅσπερ ἐνδεῖς ἡμᾶς τῶν τοιούτων κακῶν ἀνέπλησεν ἐκ εὐαγῶν ὁ κύων ῥημάτων, τὸ ἄριστον τὸ θεῶν ὀνομάσας ὡς μὴ ποτε ὠφέλε μὴτ' ἐκεῖν εἰπεῖν, μὴτε ἡμεῖς ἀκῆσαι δεῦρο πειραθῶμεν αὐτὸν ἐφ' ὑμῶν διδάξαι πρῶτον μὲν ὅτι τῶ κωὶ λόγος μᾶλλον ἢ μύθος προσήκει γράφειν.*

B *εἴτα ὁποῖας, καὶ τίνας χρὴ ποιῆσθαι τὰς ὑποθέσεις τῶ μύθων· εἰ τις ἄρα καὶ φιλοσοφία προσδεῖται τῶ μυθογραφίας. ἐπὶ πᾶσι ὅτι ὑπὲρ τῶ πρὸς τῆς θεῆς εὐλαβείας ὀλίγα διαλέξομαι τῶτο γὰρ μοι καὶ τῶ εἰς ὑμᾶς παρόδῳ γέγονεν αἴτιον, καὶ περ ἐκ ὄντι συγγραφικῶ, καὶ τὸ ἐν τῶ πλήθῳ λέγειν, ὥσπερ ἄλλο τι τῶ ἐπαχθῶν καὶ σοφιστικῶν, τῶ ἐμπροσθεν χρόνον παρατησαμένῳ. μικρὰ δὲ ὑπὲρ τῶ μύθου καθάπερ τινὰ γενεαλογίαν, ἴσως ἐκ ἀνάρμοστον ἐμοίτε φάναί, ὑμῖν τε ἀκῆσαι.*

C *Τὴν μὲν ἐν ἀρχῇν ὀπόθεν εὐρέθη, καὶ ὅσις ὁ πρῶτος ἐπιχειρήσας τὸ ψεῦδος πιθανῶς συνθεῖναι πρὸς ὠφέλειαν, ἢ ψυχαγωγίαν τῶν ἀκρωμένων, ἢ μᾶλλον εὐροί τις ἀν, ἢ εἰ τις ἐπιχειρήσειε τῶ πρῶτον σπαρέντα, ἢ χρεμψάμενον ἀναζητεῖν. εἰ δὲ, ὥσπερ ἡμεῖς ἐν Θράκη καὶ Θετταλία τοῖς ἔσται δὲ τὰ κενεότερα τῶν ὀπλων ἐν Ἰνδία, καὶ Κρήτη, καὶ Καρία, τῶ φύσῃ τῶ χώρας ἀκολοθῆντων οἶμαί τῶν ἐπιτηδευμάτων. ἔτω τις ὑπολαμβάνῃ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων, ἐν οἷς ἕκαστα τιμᾶται, μάλιστα παρὰ τῶν ἀπλά καὶ πρῶτον εὐρηθῆσαι τῶν ἀγελαίων εἴκειν ἀνθρώπων εἶναι τότε ἐξ ἀρχῆς ὁ μῦθος εὐρεμα· καὶ διαμέ-*

νει ἐξ ἐκείνης μέχρι καὶ νῦν παρ' αὐ-  
 τοῖς πολίτευόμενον· ὡς περ ἄλλο τι  
 τῶν ἀκροαμάτων, αὐλός, καὶ κιθά-  
 ρα, τέρψεως ἕνεκα, καὶ ψυχαγωγί-  
 ας. ὡς περ ἢ ὄρνιθες ἰπλασθαι, καὶ  
 νεῖν ἰχθύες, αἵ τε ἑλάφοι θεῖν ἐπειδὴ  
 πεφύκασιν, εἶδεν τῶν διδασκῶν προση-  
 δέοντα· καὶ δὴ σὴ τις, καὶ καθεύξῃ,  
 πειρᾶται ὁμῶς χρῆσθαι τέτοις τοῖς  
 μοεῖαις, πρὸς ἀσύνειδεν αὐλοῖς πε-  
 φυκόσι ταυτὶ τὰ ζῶα ἕτως οἶμαι, καὶ  
 τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὅσον ἄλλο τι  
 τὴν ψυχὴν ἔχον, ἢ λόγον καὶ ἐπισή-  
 μην ὡς περ ἐγκαθευγμένην· ὃ δὴ καὶ  
 λέγουσιν οἱ σοφοὶ δύναμιν ἐπὶ τὸ μαν-  
 θάνειν τι, καὶ ζηεῖν, καὶ πολυπραγ-  
 μονεῖν, ὡς πρὸς οἰκειότατον ἑαυτῷ τῶν  
 ἔργων, τρέπελαι. Καὶ ὅτῳ μὲν εὐμε-  
 νῆς θεὸς ταχέως ἔλυσε τὰ δεσμά, καὶ  
 τὴν δυνάμιν εἰς ἐνέργειαν ἤγαγε, τῶ-  
 τῳ πάρεσιν εὐθύς ἐπισήμη τοῖς δε-  
 δεμένοις δὲ ἔτι, καθὰ περ οἶμαι  
 \* \* \* εἰδῶλ \* \* \* ἀντὶ τῶν θεῶν λέ-  
 γεται παραναπαύσαθαι \* \* \* τέ-  
 τηκε δόξα· γίνεσθαι ἢ ἐντεῦθεν αὐτῶν  
 τὰ ὑπ \* \* \* ταυτὶ, τῆς ἀληθῆς  
 ἐπισήμης ὅσον εἰδῶλα ἄτλα, καὶ σκιαῖ  
 \* \* \* πρὸ τῆς τῶν ἀληθῶν ἐπισή-  
 μης, τὰ ψευδῆ, καὶ διδάσκουσι γε μά-  
 λα προθύμως καὶ μανθάνουσιν ὡς  
 περ οἶμαι χερσὶν ἢ καὶ θαυμασόν.  
 Εἰδὲ ὅλως χρῆ τι καὶ ὑπὲρ τῶν μύ-  
 θων τὸ πρῶτον πλασάντων ἀπολο-  
 γήσαθαι· δοκεῖσί μοι ταῖς τῶν παι-  
 δῶν ψυχαῖς, ὡς περ αἱ τίτθαι πρὸς  
 τὰς ὀδοντοφυῖας κνησιῶσιν αὐλοῖς, σκύ-  
 τινά ἄτλα προσαρτᾶν τῶν χερσῶν· ἵ-  
 να αὐτὸ παραμυθήσωνται τὸ πάθος·  
 ἕτω δὲ καὶ ἕτοι τῶν ψυχαιῶν πλερο-  
 φυεῖν, καὶ ποθεῖν πλέον εἶδέναι ἢ, δι-  
 δάσκουσαι ἢ ἔπω τὰ ληθῆ δυνάμενα,  
 ταῦτα ἐποχετεύειν ὡς περ ἄρδοντες ἄ-  
 ρεραν διψῶσαν ἵνα δῆοίμα· ἔγαρα γα-  
 λισμὸν αὐτῶν, καὶ τὴν ὀδύνην παραμυ-  
 θήσωνται.

"Voss.  
 αὐτῶν  
 τὸν γαρ  
 γαλ.

A fabulas, quorum etiamnum in usu ac con-  
 suetudine versantur: quemadmodum reli-  
 qua omnia instrumenta quibus canitur,  
 velut tibia & cithara, voluptati & oblecta-  
 tioni servantur. Ut autem aves, quoniam  
 ad volatum factæ sunt, & pisces ad nata-  
 tum, ad cursum itidem cervi, nullius ad ea  
 magisterium requirunt: ac tametsi ab ali-  
 quo constringantur vel carcere claudantur,  
 nihilominus eorum, ad quæ nata se esse  
 sentiunt, officiorum membris uti propriis  
 conantur; sic, opinor, genus humanum,  
 cum ejus anima nihil sit aliud, quam ratio  
 vel scientia inclusa quodammodo, (quam  
 quidem vim ac facultatem sapientes nomi-  
 nant) ad discendum, & inquirendum, ac  
 pervestigandum, tanquam naturæ suæ con-  
 sentaneam maxime functionem, sese con-  
 vertit. Ac quicumque benevolum & ami-  
 cum nactus est Deum, qui vincula ista ce-  
 leriter abrumpat, & insitam facultatem ad  
 actionem perducatur; huic vero statim scien-  
 tia suppetit. At iis, qui adhuc vinculis te-  
 nentur, perinde atque ille, opinor, qui pri-  
 mus coram Idolo, tanquam Deo, fertur re-  
 quiescisse, quale nempe peperit opinio. Inde  
 enim fit, ut quæ ita sub adspæctum ejus ca-  
 dunt, veræ scientiæ idola & umbræ quidem  
 sint, ac præ verarum scientiæ rerum falsa  
 demum, quæ promte docent ac discunt;  
 tanquam aliquid, opinor, bonum & ad-  
 miratione dignum. Quod si quid omni-  
 no ad eos, qui primi fabulas finxerunt, ex-  
 cusandos dicere oportet; videntur illi par-  
 vulorum id animis fecisse, quod matres,  
 cum primum dentes emittunt, iisdem faci-  
 unt; quæ scortea quædam eorum manibus  
 illigant, quibus dolorem leniant: sic  
 illi videlicet in animulam, cum prodire  
 pennæ cœperint, amplius aliquid scire cu-  
 pientem, sed ad discendam veritatem nec-  
 dum satis idoneam, ista derivant; sic tan-  
 quam sitibundam arvom irrigent, quo pru-  
 ritum illorum, ac dolorem mitigent.

Ac

Ac cum procesisset inventum, & apud A  
 Græcos florere cœpisset, indidem Poëta  
 quem vocant apologum expresse-  
 runt: qui in eo differt a fabula, quod virorum non  
 puerorum gratia componatur; neque vo-  
 luptatem solam, sed adhortationem quo-  
 que contineat. Hoc enim propositum ha-  
 bet, ut occulte dissimulando cohortetur  
 ac doceat, quando is, qui dicit, palam ve-  
 retur eloqui, ne in auditorum offensionem  
 incidat. Sic Hesiodus genus illud tractasse  
 videtur: tum qui Hesiodum secutus est Ar-  
 chilochus, velut condimento quodam poë-  
 sin suam temperans, raro fabulas adhibu-  
 it: cum hoc, uti opinor, animadverteret,  
 argumentum illud, quod susceperat, ejus-  
 modi oblectamenta poscere; sed una ta-  
 men probe sciret, eandem poësin, segre-  
 gatis ab ea fabulis, meram esse versifica-  
 tionem. Nam, ut ita dicam, seipsa quo-  
 dammodo privatur, neque amplius curpo-  
 esis appelletur, ei relinquatur. Hoc igitur  
 ille non ignorans ista de Musa poëtica con-  
 dimenta collegit, atque in eum finem ap-  
 posuit, ut ne Sillorum scriptor quispiam,  
 verum poëta censeretur. Porro fabula-  
 rum Homerus, vel Thucydides, vel Plato,  
 vel quemcunque demum appellare mavis,  
 Æsopus extitit e Samo non fortunæ con-  
 ditione magis, quam ingenio servus: non  
 ille quidem insipiens, neque *sua natura in-  
 fectus vir*. Nam cui lex libertatem ade-  
 merat, huic consentaneum erat *scripto con-  
 signata consilia eaque voluptate ac lepore  
 condita proponere*. Quemadmodum e  
 D  
 medicis ingenui quique opportuna præ-  
 scribunt; sin quispiam una sit conditione  
 servus, & professione medicus, non me-  
 diocriter laborat, dum eodem tempore  
 hero suo adulari, mederiq; cogitur. Quam-  
 obrem si Canis noster ea servitute cense-  
 tur, dicat ac scribat, & omnes fabularum  
 hanc illi licentiam concedant; sin liberum  
 se esse profiteretur unum, quorsum fabulis

Τῶ δὲ τοιαύτῃ προβαίνοντι, καὶ  
 παρὰ τοῖς Ἕλλησι εὐδοκίμοι ὄντι,  
 ἔλκυσαν ἐνλευθεν δὲ ποιητὰ τὸ ἀίον,  
 ὅς τῶ μύθῳ διαφέρει τῶ μὴ πρὸς πᾶ-  
 δας, ἀλλὰ πρὸς ἀνδρας πεποιθῆσθαι,  
 καὶ μὴ πρὸς ψυχαγωγίαν μόνον, ἀλλ-  
 λα καὶ παραίμεσιν ἔχειν τινα. Βέλε-  
 ται ἢ ἐπιήρυπτόμενοι παρανεῖν τε,  
 καὶ διδάσκειν, ὅταν ὁ λέγων τὸ φα-  
 νερώς εἰπεῖν εὐλαβῆται, τὴν παρὰ  
 τῶν ἀκρόντων ὑφορώμενοι ἀπέ-  
 χθειαν. Οὕτω τοι καὶ Ἡσίοδος ἀπὸ ἔργου καὶ ἡμ. 203.  
 Φαίνεται πεποικηώς· ὁ δὲ μὴ τῶτον  
 Ἀρχίλοχος, ὡς περ ἠδυσμάτι περὶ ἐπαδῶν 8688  
 ἴθεις τῇ ποιήσει, μύθῳ ὀλιγάκις ἐ-  
 χρήσατο, ὁρῶν, ὡς εἰκός, τὴν μὲν ὑπό-  
 θεσιν, ἢν μελήσῃ, τῆς τοιαύτης ψυχα-  
 γωγίας ἐνδεῶς ἔχουσιν· σαφῶς δὲ  
 ἐγνωκώς ὅτι σερομένη μύθῳ ποιήσις  
ἐποποιία μόνον ἐστὶ· ἐσέρηται δὲ, ὡς ἂν  
 εἴποι τις, εἰ αὐτῆς. ἔ ἢ ἐτι λείπειται  
 ποιήσις· ἠδυσμάτα ταῦτα παρὰ τῆ  
 ποιητικῆς μέσης ἐδρέψατο καὶ παρέ-  
 θηκέ γε αὐτὸς τῶν χάριν, ὅπως μὴ  
 C  
 σιλλογράφῳ τις, ἀλλὰ ποιητῆς νομι-  
 θεῖται. Ὅ ἢ δὴ τῶν μύθων Ὀμηροῦ ἢ  
 Θεκυδίδου ἢ Πλάτωνος ἢ ὅ, τι βέλει  
 καλεῖν αὐτὸν, Αἰσωποῦ ἢ ὁ Σάμι-  
 ος δὲ ἄλλῳ, ἔ τὴν τύχην μάλλον, ἢ τὴν  
 προαίρεσιν· ἐν ἄφρων μὲν ἔδέ κατ'  
 αὐτὸν \* \* \* ἀνήρ. ὡ ἢ ὁ νόμος ἔ με-  
 Τεδίδος παρρησίας, τῶν προσήκον ἢν  
 τὰς συμβελάς, καὶ πεποικιλμένας  
 ἠδονῆ καὶ χάριτι παραφέρειν ὡς περ,  
 οἶμαι, τῆ ἰατρῶν οἱ μὲν ἐλεύθεροι, τὸ  
 D  
 δέον ἐπιλάττωσιν· εἰ δὲ ἅμα τις οἰκέ-  
 της γένηται τὴν τύχην, ἢ τὴν τέχνην  
 ἰατρῶν, πράγματα ἔχει, κολακεύειν  
 ἅμα, καὶ θεραπεύειν τὴ δεσπότην ἀ-  
 ναγκαζόμενοι. Εἰ μὲν ἐν καὶ τῶ κυ-  
 νὶ προσήκει ταύτης τῆς δελίας· λε-  
 γέτω, γραφέτω, παραχωρεῖτω τῆ  
 μυθολογίας αὐτῶ πᾶς ὅσις ἐν· εἰ δὲ  
 μόνον εἶναι φησὶν ἐλεύθεροι ἐπὶ τί  
 χρήσε-

χρήσεται τοῖς μύθοις, ἔκ οἶδα. πότερον ἵνα τὸ πικρὸν ἢ δάκνον τῆς συμβουλῆς ἡδονῇ καὶ χάριτι κερδάσας, ἀμα τε ὀνήση καὶ ἀποφύγη τὸ πρῶτον λαβεῖν τι παρὰ τῶν ὀνησαμένων κακόν; ἀλλὰ τὸ ἐσι λῖαν δαλοπρεπές. Ἄλλ' ἀμεινον αἴτις διδαχθεῖν μὴ τὰ πράγματα ἀκῶν ἀλλὰ, μηδὲ τὰ ἐπ' ἀλοῖς ὀνόματα, καὶ τὸ Κωμικὸν τὴν σκάφην σκάφην λέγοντα. ἀλλ' ἀντὶ τῶ μὲν δεῖν, τὸ Φαέθοντα δεῖν ὀνομάσασθαι τὸ δὲ, χρáινειν ἑαυτοῦ εὐαγῶς τὴν ἐπωνυμίαν τῆ βασιλείας Ἡλίου. Τίς δὲ ὁ Πάν, καὶ τίς ὁ Ζεὺς, τὸ χαμαὶ ἐρχομένων ἀνθρώπων ἄξιός καλεῖσθαι, ἢ ἐκείθεν ἐπ' ἀλλῆς μεταβῶμεν ἡμῶν τὰς διανοίας; καὶ τοὶ εἰ καὶ τῶ οἶόν τε ἦν, ἀμεινον ἦν ἀλλῆς ὀνομάσασθαι τῶ ἀνθρώπων. ἢ ἢ ἔχ' ἔτω κρείττον ἦν εἰπεῖν ἀνθρωπικὰ θεμένων ὀνόματα; μάλλον δὲ εἰ θεμένων ἦεν ἢ ὅσα περ ἡμῶν οἱ γονεῖς ἔθεντο. Ἄλλ' εἰ μὴ τε μαθεῖν ἐστὶ βραδύον διὰ τῶ πλάσμα. ἢ, μὴτε τῶ κυνικῶ πρέπον πλάττειν τὰ τοιαῦτα. τῶ χάριν ἔκ ἐφεισάμεθα τῶ πολυτελεῖς ἀναλώματ' ἢ πρὸς δὲ δὴ, ἢ ἐφθείραμεν τὸ χρόνον, πλάττοντες καὶ συντιθέντες μυθία, εἶτα λογογραφῶντες, καὶ ἐκμανθάνοντες;

Ἄλλ' ἴσως ὁ μὲν λόγ' ἔφησιν δεῖν ἀντὶ τῶ ἀληθῶν, καὶ μὴ πεπλασμένων τὰ ψευδῆ, καὶ πεπλασμένα παρὰ τῶ κωδός, ὃ μόνω τὸ ἐλευθερίας μέτεσι, ἐν τοῖς κοινοῖς ἀδεσθαι συλλόγοις ἢ συνθήσει δὲ αὐτῶ γεγόνεν, ἀπὸ Διογένους ἀρξάμενη ἢ Κρατήτῃ, ἄχρι τῶ ἐφεξῆς. εἰδὲν εἰδαμῶ παράδειγμα τοῖστων εὐρήσεις ἐκείνο ἢ ἀφίημι τέως. ὅτι τῶ κυνικῶ τὸ νόμισμα παραχαράττοντι τῶ συνθήσει προσέχειν εἰδαμῶς προσήκει. τῶ λόγῳ δὲ αὐτῶ μόνω. ἢ τὸ ποιητέον εὐρί-

A opus habeat, non video. An ut consilii mordacem austeritatem voluptate diluens & gratia, una & prodesse possit, & ne mali aliquid ab hero sibi consciscat, ipse provideat? Atqui nimis servile istud est. At enim melius doceri poterit aliquis, si non res ipsas & earum proprias appellationes audiat, neque, ut Comicus, scapham scapham vocemus. Quare pro homine certo Phaëthon nominandus est. Verum nihil hoc aliud est, quam regis Solis appellationem profana usurpatione polluere. Quis est enim abjectorum humi mortalium, qui Pan aut Juppiter dici mereatur, ut illinc cogitationes nostras ad hosce transferamus? Quanquam si id omnino fieri posset, homines appellare ipsos magis expediret. Numquid enim sic loqui præstaret, ut hominum propria vocabula iis imponerentur? Imo ne imponerentur quidem. Hæc enim ipsa sufficerent, quæ a parentibus imposita sunt. Quocirca si neque per fabulas facile discimus; nec e Cynica professione est ista confingere; cur non pretiosissimum impendium lucri facimus? imo vero in comminiscendis contexendisque fabellis istis, ac scriptione postmodum explicandis, & memoriæ mandandis, tempus infumimus?

At enim ipsi rationi fortasse minus congruit, ut a Cane, qui solus libertate præditus est, pro veris minimeque fictis, falsa & commentitia media hominum in frequentia concinantur; tamen id consuetudine receptum est, quæ a Diogene & Cratete cœpta pervasit ad posteros. Verum nullum istiusmodi reperies exemplum. Ut illud interim omittam, Cynico nummorum veluti falsario non convenire, ut consuetudine ipsa, sed sola ratione ducatur; tum ut quid agendum sit per sese videat ipse, non extrinse-

ὅτι γὰρ ἰού Voff.  
Hornkel p. 33 ὀνησαμέ-  
vs

extrinsecus addiscat. Quod si illud oppo-  
natur: Antisthenem Socraticum, ut & Xe-  
nophontem, quædam per fabulas explica-  
re; non te in errorem istud inducat. Nam  
paulo post de eo *apud te* verba faciemus.  
Nunc te vero per Musas obsecro, mihi ut  
hoc de Cynico fateare: num ista tandem  
desperatio sit quædam, ac vitæ genus ne-  
quaquam homine dignum, sed animæ feri-  
na quædam affectio, nihil usquam hone-  
stum, probum, vel bonum esse ducentis?  
Hæc enim de illo suspicandi multis occasi-  
onem præbet Oenomaus. Ac si tibi curæ  
aliquando fuit ista percurrere, quam vere  
hoc a me dicatur agnosces ex ipsis Canis  
illius sermonibus, & eo libro, quem ad-  
versus oracula scripsit, tum ex omnibus, ut  
uno verbo dicam, editis ab illo monumen-  
tis. Quæ cum ita sint; ut & omnis erga  
Deos religio tollatur; & humana pru-  
dentia contemnatur; ac non solum lex  
illa, quæ ab honesto justoque nomen  
est sortita, proculcetur; sed ex insuper o-  
mnes, quæ a Diis immortalibus animis  
nostris inscriptæ sunt, per quas omnibus  
sine magistro persuasum est, numen ali-  
quod esse divinum, ad quod intuemur ac  
contendimus, & erga illud ita compara-  
mur, ut ad lumen ea quæ videndi faculta-  
te sunt prædita. Præter hanc vero, si se-  
cunda lex illa pellatur, quæ est natura sua  
sacra atque divina, & alienis penitus absti-  
nere præcipit; ac neque verbis, neque fa-  
ctis, neque in occultis ipsis actionibus ani-  
mæ perturbari illa patitur; duxque præte-  
rea nobis est ad perfectam absolutamque ju-  
stitiam: nonne qui hanc extorquere velit,  
dignum præcipitio ac voragine scelus ad-  
mittit? qui autem ista collaudent, nonne  
tanquam venenarii, nequaquam thyrsis ap-  
petendi ejiciendique sunt, (nam hæc pœ-  
na criminibus illorum levior est) sed la-  
pidibus obruendi, funditusque perdendi?  
Quid enim, per Deos, a latronibus dif-  
ferunt, qui aut solitudines obsident, aut ad

σκειν οἶκοθεν, ἀλλ' ἔμμανθάνειν ἔξωθεν.  
Ἐὶ δ' Ἀντιοθένης ὁ Σωκρατικός, ὡς-  
περ ὁ Ξενοφῶν, ἔνια διὰ τῶν μύθων ἀ-  
πήγγελλε, τὸτό σε ἔξαπατάτω. καὶ Deest μὴ  
ἢ μικρὸν ὑπερὸν ὑπὲρ τούτου σοὶ διη-  
γήσομαι. νῦν δὲ ἐκείνο μοι πρὸς τῶν  
Μισθῶν Φρόσον ὑπὲρ τῶν κυλισμῶν πό-  
τερον ἀπόνοιά τίς ἐστίν, καὶ βίβη ἐν ἀν-  
θρώπινος, ἀλλὰ θηριώδους ψυχῆς διά-  
θεσις, εἴη καλὸν, εἴη σαυδαῖον, εἴδὲ  
ἀγαθὸν νομίζεσθαι; δοῖη γὰρ ἀνὴρ ὑπολα-  
βεῖν πολλοῖς περὶ αὐτῶν ταῦτα Οἰό-  
μα. εἰ τί σοι τῶν ταῦτα γὰρ ἐπελ-  
θεῖν ἐμέλησε, ἐπιγνώση σαφῶς ἐν τῇ  
τῶν κυλῶν ἀποφάνια, καὶ τῶν κῆ τῶν χρη-  
σηίων, καὶ πᾶσι ἀπλῶς οἷς ἔγραψεν  
ὁ ἀνὴρ. Τοῖς τῶν ὄντων τῶν πραγμά-  
των, ὡς ἀνηρηδοί μὲν ἀπασαν τὴν  
πρὸς τὰς θεὰς εὐλάβειαν ἠτιμάσθαι  
δὲ πᾶσαν ἀνθρώπινην φρόνησιν νόμον  
δὲ μὴ τὸ ὁμῶν μόνον τῶν καλῶν καὶ δικαίων  
πεπαλιῆσθαι μόνον. ἀλλὰ καὶ τὰς ἐκ τῶν  
θεῶν ἡμῖν ὡς περ ἐγγραφέντας ταῖς  
ψυχαῖς, ὑφ' ὧν πάντες ἀδιδάκτως εἶ-  
ναι θεῖόν τι πεπεῖσμεθα, καὶ πρὸς τὰς  
ἀφορὰν, ἐπ' αὐτὸ τε οἶμα σπεύδειν. ἔ-  
τω διατιθέμενοι τὰς ψυχὰς πρὸς αὐτὸ,  
ὡς περ οἶμα πρὸς τὸ φῶς τὰ βλέποντα.  
Πρὸς τούτω δὲ εἰ καὶ ὁ δεύτερος ἐξε-  
λαύνοισ νόμος, ἱερὸς ὡν φύσει, καὶ  
θεῶν, ὁ τῶν ἀλλοτρίων πάντη, καὶ  
πάντως ἀπέχεσθαι κελεύων καὶ μήτε  
ἐν λόγῳ, μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ἐν αὐταῖς  
D ταῖς λανθανύσαις τῆς ψυχῆς ἐνεργεί-  
ας ταῦτα ἐπιτρέπων συγχεῖν. ὡς περ  
ἡμῖν καὶ τῆς τελειότητος ἐστὶν ἡγεμῶν  
δικαιοσύνης. ἄρ' ἐστὶν βαρῆθρα τὸ  
πρᾶγμα ἀξίον; ἄρ' ἔστι τὰ ταῦτα ἐπα-  
νθῆντας, ὡς περ τὰς Φαρμακίους, ἐχρήν  
ἔθυστολοις πολεμισμένους ἐλαύνεσθαι.  
καρφοτέρω γὰρ ἐστὶ τῶν ἀδικημάτων  
ἡ ζημία. λίθοις δὲ βαλλομένους ἀπο-  
λώλενας; Διαφέρουσι γὰρ ἔστι τί, πρὸς  
τῶν θεῶν, εἰπέ μοι τῶν ἐπ' ἐρημίας  
D d λησε-

λησεύοντων, καὶ καλειληφότων τὰς  
αὐτὰς ἐπὶ τῷ λυμάλνεοθαι τοῖς καλα-  
πλέεσι. καλαφρονῶντες θανάτῃ Φα-  
σι, ὡσπερ ἀνέκείνοις συνομαρτέσης  
ταυλήσι τῆς ἀπονοίας; Φησὶ γὰρ ὁ καθ'  
ὑμᾶς μὲν ποιητῆς καὶ μυθολόγος· ὡς δὲ  
ὁ Πύθιος λησαῖς χρωμένοις ἀνεῖλεν,  
ἥρωας, καὶ δαίμων, ὑπὲρ τῶν ληϊζομένων τὴν  
θάλατταν.

Odyf. r.  
v. 73.

Οἶά τε ληϊστῆρες ὑπεῖρ ἄλλα, τοί γ'  
ἀλόωνται

Ψυχὰς παρθέμενοι.

Τί ἔν' ἐτι ἕτερον ζητεῖς ὑπὲρ τῆς ἀπονοί-  
ας τῶν λησῶν μάρτυρα; πλὴν εἰ μὴ  
καὶ ἀνδρειότερος ἀν' εἴποι τις τῶν τοι-  
ῶν κωῶν ἐκείνης τῆς λησῆς· ἰτα-  
μωτέρως δὲ τῶν λησῶν ἐκείνων τῆς κύ-  
νας τριχσί. οἱ μὲν γὰρ στωιδότες αὐ-  
τοῖς ἔτω μοχθηρὸν τὸ βίον, καὶ μᾶλλον  
διὰ τὸ τῆς θανάτῃ δέσθαι, ἢ τὴν ἀε-  
σχίωσιν, τὰς ἐρημίας προβάλλοντα. οἱ  
δ' ἀναπατῶσιν ἐν τῷ μέσῳ· τὰ κοινὰ  
νόμιμα συγχέοντες, ἔχι τῶν κρείττονα  
καὶ καθαρωτέραν ἀλλὰ τῶν χειρόνα καὶ  
βδελυρωτέραν ἐπεισάγειν πολίλειαν,  
αἰδημονέεσσι νῦν οἱ πολλοὶ τῶν  
γεγόνασιν ἰκανῶς. ἴσως τινὲς αὐτῶν  
ἰταμευσάμενοι τὰ πρῶτα.

Τὰς ἀναφερομένας δὲ εἰς τὴν Διογέ-  
νη τραγωδίας, ἕσας μὲν καὶ ὁμολο-  
γουμένας, Κυνικῶν τινῶν συγ-  
γράμματα· ἀμφισβητούμενας δὲ κα-  
τὰ τῆς μόνον, εἴτε τῆς διδασκάλου τῆς  
Διογένους εἰσὶ, εἴτε τῆς μαθητῆς Φιλί-  
του, τίς ἐπελθὼν βδελύξαιτ, καὶ νο-  
μίσαιτ ὑπερβολὴν ἀρρητολογίας ἕδὲ  
ταῖς ἕτεροις ἀπολελεῖσθαι. Ταῖς  
Οἰνομάχου δὲ ἐντυχῶν· ἔγραψε γὰρ καὶ  
τραγωδίας τοῖς λόγοις τοῖς ἑαυτῶν  
παραπλησίας, ἀρρητῶν ἀρρητότερας, καὶ  
κακῶν πέρας, καὶ οὔτε ὅ, τι Φῶν περὶ  
αὐτῶν ἀξίως ἔχω· καὶ τὰ Μα-  
γνητῶν κακὰ· καὶ τὸ Τερμέριον· καὶ

A navigantium perniciem per litora grassan-  
tur? qui mortis quidem contemptores se ef-  
se dicunt; quasi non eadem illos despera-  
tio comitetur? Quo illud Poetae, ut qui-  
dem appellatis, & fabulosi scriptoris; ut au-  
tem praedonibus interrogantibus Pythius  
Apollo respondit, herois ac Daemonis, de  
piratis carmen pertinet:

*Tanquam latrones, super mare qui va-  
gantur*

B Animas exponentes.

Quid igitur alterum de ista praedonum de-  
speratione testem miramur? Ac mihi qui-  
dem ejusmodi Canibus videntur fortiores  
illi latrones; latronibus vero improbiore  
isti Canes imprudentioresque judicandi. E-  
tenim illi ex hujus perditae vitae conscien-  
tia, non minus propter verecundiam, quam  
ob mortis ac supplicii metum, solitudines  
captant. Hi vero communia naturae jura  
miscentes, palam & in omnium oculis obam-  
bulant; non audaciores eo facti, quod me-  
lius ac purius, sed quod pejus ac detestabi-  
lius vitae institutum invexerint. Sane  
plerique nunc illorum haud paulo vere-  
cundiores extiterunt, cum procaces ac pe-  
tulantes antea fuissent.

Tragedias quidem illas, quae Diogeni  
inscribuntur, quasque a Cynico aliquo pro-  
fectas esse consentiunt omnes; licet incer-  
tum sit, utrum a magistro ipso Diogene,  
an ab ejus discipulo Philisto compositae  
sint; eas, inquam, quisquis legerit, vehe-  
mentius detestetur, nec ullum execrandor-  
um flagitiorum genus ullis aliis relictum  
illic arbitretur. Sed si Oenomai tragedias  
idem ille legat, (tragedias enim & ipse  
scripsit, caeterorum ejus librorum haud ab-  
similes) flagitiorum omnium atrocitatem  
vincere, quae in illis continentur, agnoscat,  
& ultra modum malorum usitatum excur-  
rere: adeo ut quid de illis pro merito di-  
cam non habeam; quamvis vel Magnetum  
mala, vel Termerium, quod vocant, no-  
minem;



minem; vel tragediam omnem cum Saty-  
ro, & Comcedia, Mimoque ad illas ac-  
commodem. Ita genus omne turpitu-  
dinis ac desperationis, ad stuporem usque,  
ab autore conquistum in illis & illigatum  
videtur. Jam vero si quis ex iis nobis  
Cynicam sectam, cujusmodi sit, ostentare  
velit, cum Diis ipsis maledicens, tum om-  
nes allatrans; quod initio dicebam; abe-  
at is tandem & valeat, & quocumque ter-  
rarum libuerit hinc faceffat. Sin, quod A-  
pollo Diogeni faciendum esse respondit, B  
nummum adulterans, ad illud, quod editum  
prius a Deo fuerat, consilium sese con-  
vertat, *Nosce teipsum*: quod re ipsa atque  
factis expressisse Diogenes & Crates viden-  
tur; hoc vero cum imperatoriae artis, tum  
Philosophiae studioso viro inprimis optan-  
dum & asciscendum esse judico. Ecquid  
porro Deus responso illo significarit, pos-  
sumus dicere? Nimirum contemnendam  
vulgi opinionem docuit; ac nomisma, non  
veritatem ipsam, esse falsandum. Alte-  
rum vero dictum, *Nosce teipsum*, quonam  
referemus? num ad nomisma? an veritatis  
in illo caput ac summam contineri putabi-  
mus; & quod ea sententia complectitur,  
quae seipsum nosse jubet, id ipsum esse, quo  
nomisma falsari jubetur? Sicut enim qui in  
opinionem posita penitus aspernatus, verita-  
tem ad ipsam pervenit, non ex opinione,  
sed ex rei veritate, quae ad se pertinent æ-  
stimabit; ita qui seipsum noverit, id quod  
revera est accurate sciet, non quod esse  
creditur. Num igitur Pythius Apollo ve-  
rus non est, idque certissime Diogenes  
sibi persuaserat? qui cum illi obtemperaf-  
set, pro exule, non Persarum rege major  
extitit; sed, ut fama est, apud eum, qui  
Persarum imperium evertit, & Herculis fa-  
cta æmulabatur, Achillemque superare  
ipsum studebat, in admiratione fuit. Hic  
itaque Diogenes quemadmodum erga  
Deos hominesque fuerit affectus, non

A κὰν πᾶσαν ἀπλῶς ἀλλοῖς ἐπιφθέγγωμαι τὴν τραγωδίαν, μὲν τῶ Σατύρω, καὶ τῆς Κωμωδίας, καὶ τῶ Μίμηθῳ πᾶσα μὲν αἰσχροῦτης, πᾶσα δ' ἀπόνοια, πρὸς ὑπερβολὴν " ἐν ἐκείνοις " *voss. ep*  
τῶ ἀνδρὶ πεφιλοτέχνηται. Καὶ εἰ μὲν ἐκ τῶν τῶν ἀξιοῖ τ' κωμισμὸν ὁποῖός τις ἐστὶν ἡμῖν ἐπιδείξαι, βλασφημῶν τὰς θεοὺς, ὑλακτῶν πρὸς ἀπαντας ὅπερ ἔφην ἀρχόμενος ἴτω χαίρετω γῆν πρὸ γῆς ὅποι βέλοισι. εἰ δ' *Anthyl. Prometh, 682. Arist. Ethic. 235.*  
B ὅπερ ὁ θεὸς ἔφη Διογένη, τὸ νόμισμα παραχαράξας ἐπὶ τὴν πρὸ ταύτης εἰρημένην ὑπὸ τῶ θεῶ συμβεβλην τρέποις, τὸ γνῶθι σαυτὸν ὅπερ ζηλώσαντες ἐπὶ τῶν ἔργων Διογένης καὶ Κράτης φαίνονται τῶ ἤδη τῶ παντὸς ἀξίον ἔγωγε φαίνῃ ἄν ἀνδρὶ καὶ στρατηγῆν, καὶ φιλοσοφεῖν ἐθέλουσι. Τί ὃ εἶπεν ὁ θεὸς ἄρ' ἴσμεν; ὅτι τῆς τῶν πολλῶν αὐτῆ δόξης ἐπέταξεν ὑπερορᾶν, καὶ παραχαράττειν τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ τὸ νόμισμα. Τὸ δὲ, γνῶθι σαυτὸν, ἐν πολέῳ θησόμεθα μοῖρα; πότερον ἐν τῆ τῶ νομισμᾶ; ἢ ἔτάγε αὐτὸ τῆς ἀληθείας εἶναι κεφάλαιον θήσομεν, καὶ τρέπον εἰρησάει τὸ παραχάραξον τὸ νόμισμα, διὰ τῶ γνῶθι σαυτὸν ἀποφάσεως ὡπερ γὰ ὁ τᾶ νομιζόμενα παντάπασιν ἀτιμάσας, ἐπ' αὐτὴν ὃ ἡμῶν τὴν ἀλήθειαν, εἴθ' ὑπὲρ ἑαυτῶ τοῖς νομιζομένοις, ἀλλὰ τοῖς ὄντως ἴσσι θήσεται. ἔτως οἶμαι καὶ ὁ *107*  
D γνῆς ἑαυτὸν, ὅπερ ἐστὶν ἀκριβῶς εἰσεταί, καὶ ἔχ' ὅπερ νομίζεταί. Πότερον ἐν ἔχ' ὁ Πύθι αὐτῆς τῆ ἐστὶ θεός, καὶ Διογένης τῶ ἐπέπεισο σαφῶς; ὅσε αὐτῶ πειθεῖς ἀντὶ Φυγάδ' ἀπεδείχθη εἰ τῶ Περσῶν βασιλέως μείζων ἀλλ', ὡς Φῆμη παρέδωκεν, αὐτῶ τῶ κατὰλύσαντι τὸ Περσῶν κράτ', καὶ ταῖς Ἡρακλέ' ἀμιλλωμένῳ πρᾶξεσι, ὑπερβάλλεσθαι δὲ τ' Ἀχιλλῆα φιλοτιμωμένῳ, ζηλώσις. Οὐτ' ἐν ὁ Διογένης ὁποῖός τις ἦν, τὰ πρὸς τοὺς *108*  
Dd ij θεοὺς,

θεός, καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους, μὴ διὰ τῶν Οἰνομάχ λόγων, μηδὲ τῶν Φιλίστρα τραγωδιῶν, ἀλλ' ἐπιγράψας τὸ Διογένης ὄνομα, τὴν θεΐαν πολλά ποτε κατεψεύσατο κεφαλῆς, ἀλλὰ δι' ὧν ἔδρασαν ἔργων ὁποῖός τις ἦν γνωρίζεσθαι.

Ἦλθεν εἰς Ὀλυμπίαν ἐπὶ τί πρὸς Διός; ἵνα τὴν ἀγωνιστὰς θεάσῃται; τί δέ; ἔχι δ' ἢ καὶ Ἰσθμίοις τὴν ἀγῶν, καὶ Παναθηναίοις θεάσασθαι δίχα πρᾶγμα τῶν οἴων τε ἦν; ἀλλὰ ἐθέλων ἐκεῖ τοῖς κρατίστοις συγγενέσθαι τῶν Ἑλλήνων; ἔστι γὰρ Ἰσθμόνδε ἐφοίτων; ἔστι ἂν ἔν εὐροῖς ἄλλην αἰτίαν, ἢ τὴν εἰς τὸ θεῶν θεραπεΐαν. Εἰ δ' ἔστι ἐξεπλάγη τὴν κεραιῶν ἔδδ' ἐγὼ νῆ τὴν θεῶν πολλῶν πολλάνις πειραθεὶς διοσημεῶν, ἐξεπλάγη. ἀλλ' ὁμῶς ἔγω δή τι τὴν θεῶν πέφικα, καὶ Φιλῶ, καὶ σέβω, καὶ ἄζομαι, καὶ πάντ' ἀπλῶς τὰ τοιαῦτα πρὸς ἀγῶν πάσχω, ὅσα περ ἂν τις, καὶ οἷα πρὸς ἀγαθῶν δεσπότης, πρὸς διδασκάλους, πρὸς πατέρας, πρὸς κηδεμόνας, πρὸς πάντα ἀπλῶς τὰ τοιαῦτα ὡς ὀλίγος δεῖν, ὑπὸ τῶν σῶν ῥημάτων πρῶτον ἐξάνεστη. Τῶν μὲν ἔν ἔστι οἷδ' ὅτι τινὰ τρόπον ἐπελθόν, ἴσως σιωπᾶσθαι δεόν, ἐρρέθη. Διογένης δὲ καὶ πένης ὧν, καὶ χρημάτων ἐνδεής, εἰς Ὀλυμπίαν ἐβάδιζεν. Ἄλέξανδρον δὲ καὶ ἦκειν κέλευε παρ' ἐαυτὸν, εἰ ἔγω ὁ Δίων. ἔγω πρὸς ἐνὸς ἐαυτῷ μὲν φοιτᾶν ἐπὶ τὰ ἱερά τῶν θεῶν, τῷ βασιλικῷ τάττω δὲ τῶν κατ' ἐαυτὸν, ἐπὶ τὴν ἐαυτῷ σωσίαν, ἀδὲ πρὸς Ἀλέξανδρον γέγραφε, ἔστι βασιλικῆ παραθέσεις εἰσί; Οὐ μόνου δὲ ἐν τοῖς λόγοις ἦν Διογένης θεοσεβής; ἀλλὰ γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἔργοις. ἐλόμενον γὰρ αὐτὸν οἰκεῖν τὰς Ἀθήνας, ἐπειδὴ τὸ δαμόνιον εἰς τὴν Κόρινθον ἀπήγαγεν, ἀφῆκε ὑπὸ τῶν περιμένων, τὴν πό-

<sup>a</sup> Voss.  
δὲ ἦκειν

A ex Oenomai sermonibus, neque ex Philisti tragædiis, quibus Diogenis nomen inscribens, multa contra Deorum honorem mentitus est; sed ex ipsius factis par est cognoscere.

Olympiam is aliquando venit. Qua tandem de causa? An ut athletas spectaret? Quid igitur? nonne Isthmiis & Panathenæis sine magno negotio istos ipsos spectare poterat? At fortasse cum præstantissimis quibusque Græcorum illic versari cupiebat. B Atqui num & Isthmum illi non frequentabant? Quocirca nullam aliam profectio- nis illius causam reperies, nisi Dei cultum ac venerationem. Nam quod fulmen non expavisse dicitur; ne ipse quidem, multa id genus expertus signa, sum animo consternatus. Et nihilominus Deos ita perhorresco amo, veneror, ac revereor, & ut uno verbo dicam, eam omnem adversus illos affectionem animi sentio, quam erga optimos dominos, præceptores, patres, ac curatores, & id genus alia officiorum nomina, quispiam potest suscipere. Hinc parum abfuit, quin oratione tua commotus nuper assurgerem. Sed hoc nescio quo modo mihi in mentem venit eloqui, cum sileri fortasse consultius esset. Redeo ad Diogenem, qui & pauper, & pecuniæ indigens Olympiam ibat; Alexandrum tamen idem ad sese venire jubebat, si ea in C D re fides Dionis Prusæo habenda est. Ita sibi congruum esse putabat, Deorum templa frequentare: & Regi, summa per illud tempus majestate prædito, ad colloquium suum accedere. Quæ autem ad Alexandrum scripsit, nonne regni administrandi præcepta continent? Ac non in sermone tantum religiosus erga Deos fuit Diogenes, sed factis etiam ipsis. Cum enim Athenis habitare delegisset, & Corinthum a Deo migrare juberetur, liber ab emptore dimis-

sus, urbem illam deserendam minime esse statuit. Hoc enim firmissime persuasum habebat, Deos curam sui gerere: seque Corinthum non temere ac fortuito, sed ipsorum Deorum missu quodammodo venisse: cum urbem illam cerneret in majore, quam Athenas, luxu degere; ac severiori adeo & fortiori castigatore opus habere. Quid tum? Nonne Cratetis etiam Musica, & elegantia quaedam specimina, nec illa pauca, restant ejus, quam erga Deos habuit, pietatis ac religionis? Audi igitur haec a nobis, si non haec ab illis antea discere tibi per otium licuit:

*Mnemosynes & Jovis Olympij in chyta proles*

*Musa Pierides, audite me precantem.*

*Pabulum meo aspiduum date ventri; & date citra*

*Servitutem; quae tennem constituit vitium.*

*Utilem porro amicis, non jucundum facite.*

*Pecunias vero nolo cogere in chytas; scarabaei felicitatem,*

*Formicaeque divitias, pecunias parans.*

*Sed justitiae particeps esse, & opes innoxias,*

*Tolerabiles, parabiles, pretiosas ad virtutem.*

*Eas nactus, Mercurium & Musas propitiabo castas*

*Non impendiis luxuriosis, sed virtutibus sanctis.*

Videsne ut ille Deos celebrans, non, ut facis ipse, conviciis lacerans, iisdem supplicabat. Nam hecatombae nullae cum sanctitate comparandae sunt. Quam & egregius Eutipides praecclare ita cecinit:

*Sanctitas veneranda Deorum, sanctitas.*

Num hoc ignoras, quaecunque cum sanctitate Diis obtuleris, seu parva seu majora, tantidem apud illos haberi? remota vero

Α λιν ἔτι ὠήθη δὲν ἐκλιπεῖν. ἐπέπεισο δ' αὐτῶς τοῖς θεοῖς μέλειν· εἰς τε τὴν Κόρινθον ἔματην, ἔδὲ κατὰ τινα συνουχίαν, τρόπον δὲ τινα ὑπὸ τῶν θεῶν εἰσπεπέμφθαι· ὁρῶν τὴν πόλιν τρυφῶσαν τῶν Ἀθηναίων μᾶλλον, καὶ δεομένην μείζονος καὶ γενναιοτέρου σωφρονισμοῦ. Τί δὲ ἔχει, καὶ τῶ Κρατῆτι Μουσικὰ, καὶ χαρίεντα φέρεται πολλά δείγματα τῆς πρὸς τὰς θεὰς ὁσιότητός τε καὶ εὐλαβείας; ἀνε γὰρ αὐτὰ παρ' ἡμῶν, εἰσοι μὴ σχολὴ γέγονε μαθεῖν ἐξ ἐκείνων αὐτὰ.

Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίας

ἀγλαὰ τέκνα

Μοῦσα Πιερίδες, κλυτὲ μοι εὐχομένη.

Χόρτον ἐμῆ συνεχῆ δότε γασέρι, καὶ δότε χωρὶς

Δουλοσύνης, ἣ δὴ λιτὸν ἔθηκε βίον.

Ἄφελιμον δ' Φίλοις, μὴ γλυκερόν τιθετε.

Χρήματα δ' ὅσα ἐθέλω συναγεῖν κλυτὰ, καθάρου ὄλβου

Μύρμηκος τ' ἄφενος χρήματα μακρομέν.

Ἀλλὰ δικαιοσύνης μελέχου, καὶ πλεῖστον ἄσινῃ

Εὐφορον, εὐκλήτορον τίμιον εἰς ἀρετήν.

Τῶν δὲ τυχῶν, Ἑρμῆν καὶ Μῆσας ἰλάσομαι ἀγνάς

Οὐ δαπάναις τρυφεραῖς, ἀλλ' ἀρεταῖς ὁσίαις.

ὁρᾷς ὅτι τὰς θεὰς εὐφημῶν, ἔχει δὲ ὡς σύβλασφημῶν, κατ' αὐτῶν ἠύχετο; πάντας γὰρ ἑκατόμβαι τ' ὁσίας εἰσὶν ἀνάξια. ἦν καὶ ὁ δαμόνι Εὐριπίδης ὁρθῶς ὑμνησεν εἰπὼν·

Ὅσια πότνια θεῶν ὁσία.

ἢ τῆτό σε λέληθεν, ὅτι πάντα καὶ τὰ μεγάλα καὶ μικρὰ μετὰ τ' ὁσίας τοῖς θεοῖς προσαγόμενα τὴν ἴσην ἔχει δυνάμιν

*Idem p. 199 versus supra Orat. VI. fol. 199*

*supra ἀγνάς*

*Leg. ὅσα εἰσὶν Βακχ. 370.*

δύαμι· ἐξερημένη δὲ τῆς ὀσίας, ἔχ  
ἐκατόμβη, νῆ θεῶν, ἀλλὰ ἢ τῆ Ὀλυμ-  
πιάδ· χιλιόμβη ἀνάλωμα μόνον ἐ-  
στὶ, ἄλλο δὲ ἔδεν; ὅπερ οἶμαι διδάσκων  
ὁ Κράτης αὐτός τε διὰ μόνης, ἧς εἶχεν,  
ὀσίας τῶν θεῶν ἐτίμα σὺ εὐφημία-  
κῆ τῶν ἄλλων ἐδίδασκε, μὴ τὰ θαυ-  
νήματα τῆ ὀσίας, ἀλλὰ τὴν ὀσίαν ἐκεί-  
νων προσημαίνεν ἐν ταῖς ἀγιστείαις. Τοιού-  
τω δὲ τῷ ἀνδρὶ τῷδε γενομένῳ τὰ  
πρὸς τῶν θεῶν, ἐκ ἀκροατήρια σι-  
κροτέρῳ· ἔδ', ὡς περ οἱ σοφοὶ, δι' εἰκό-  
νων καὶ μύθων τοῖς φίλοις συνεγίνετο.  
λέγειται γὰρ ὑπὲρ Εὐριπίδου καλῶς·

Phoenissae 469

Ἀπλῆς ὁ μῦθος· ἀληθείας ἔφυ-  
σκιαγραφίας γὰρ φησι τῆ ψευδῆ καὶ  
ἀδίκου δεῖσθαι. Τίς ἐν ὁ τρόπος αὐ-  
τοῖς τῆς σωσσίας ἐγένετο; τῶν λόγων  
ἠγάγετε τὰ ἔργα· καὶ οἱ τὴν πένιαν τι-  
μῶντες, αὐτοὶ πρῶτον ἐφάνοντο, καὶ  
τῆ πατρῴων χρημάτων ὑπεριδόντες,  
δι' τὴν αἰτυφίαν ἀσπασάμενοι, πρῶ-  
τοι τὴν εὐτέλειαν ἤσκηον διὰ πάντων.  
οἱ τὸ τραγικόν, καὶ σοβαρὸν ἐκ τῶν  
ἀλλοτρίων ἐξαμροῦντες βίῳ, ἠκούον  
αὐτοὶ πρῶτοι τὰς ἀγοράς, ἢ τὰ τῶν  
θεῶν τεμένη. τῆ τρυφῆ δὲ καὶ πρὸ τῶν  
ρήμάτων διὰ τῶν ἔργων ἐπολέμου,  
ἔργοις ἐλέγχοντες, ἔ λόγῳ βοῶντες,  
ὅτι τῷ Διὶ συμβασιλεύειν ἔξεσι, ἔδε-  
νός ἢ σμικρῶν πάνυ δεόμενον, ἔδὲ πα-  
ρενοχλάμενον ὑπὸ τῆ σώματι· ἐπε-  
τίμων δὲ τοῖς ἀμαρτάνουσιν, ἠνίκα ἔ-  
ζων οἱ πλάσαντες, ὅσοι ἀποθανόντας  
ἐβλασφήμουν, ἠνίκα καὶ τῶν ἐχθρῶν  
οἱ μετριώτατοι σπένδονται τοῖς ἀπελ-  
θοῦσι. Ἐχθρὸν δὲ ὅ, γε ἀληθινὸς κύ-  
ων ἐχθρὸν ἔδεν· καὶ τὸ σωματίον  
αὐτῆς τις πατάξῃ· καὶ τὸ ὄνομα πε-  
ριέλκῃ· καὶ λαιδορῆται, καὶ βλασ-  
φημῇ. διότι τὸ μὲν τῆς ἐχθρας γίνε-  
ται πρὸς ἀντίπαλον τὸ δὲ ὑπερβαῖνον  
τὴν πρὸς ἕτερον ἀμίλλαν, εὐνοία

A sanctitate, non solum hecatomben, sed chi-  
liomben etiam Olympiadis, nihil præter  
inanes sumtus esse? Quod, ut opinor, do-  
cere cupiens Crates, cum ipse sola, quæ  
præditus erat, sanctitate fretus, Deos præ-  
dicando venerabatur; tum ceteros doce-  
bat, non impendia sanctitati, sed impendiis  
sanctitatem in sacris anteferre. Ejusmodi  
igitur ambo illi viri cum erga Deos essent,  
nequaquam auditoria cogebant; neque, ut  
sapientes nostri, apud amicos figurate ac  
per ænigmata disputabant. Hoc enim re-  
cte ab Euripide dictum est:

*Simplex sermo veritatis est.*

Nimirum, inquit, adumbratione mendax  
& injustus opus habet. Quænam ergo ra-  
tio consuetudinis illorum fuit? Verbis nimi-  
rum ipsorum facta præibant: & qui pauper-  
tatem honorabant, ante omnes ipsimet  
patrimonia sua contemnere videbantur: qui  
modestiam ac simplicitatem probabant,  
frugalitatem ipsi in omnibus adhibebant:  
C qui arrogantiam & fastum ex aliorum vita  
detrahebant, primi aut in foris publicis, aut  
in Deorum templis habitabant: luxum ve-  
ro ac delicias non prius oratione, quam fa-  
ctis suis oppugnabant; id, inquam, factis o-  
stendentes, non vociferantes: licere cum Jo-  
ve regnare, nullius aut paucorum admo-  
dum indigentem, neque corporis mole-  
stis interpellatum. Jam vero delinquen-  
tes dum adhuc viverent reprehendebant,  
non autem mortuis conviciabantur; quan-  
do moderatissimi quique ex inimicis cum  
D iis, qui mortem obierint, reconciliari solent.  
Cæterum qui vere ac sincere caninam il-  
lam professionem sustinet, nullum habet  
inimicum; tametsi corpusculum illius pul-  
set aliquis, aut nomen laceret, aut convi-  
cietur ac detrahat. Nam inimicitia adver-  
sus æmulum exercetur; qui autem æmulatio-  
ne alterius est superior, benevolentiam

mereri solet. Quod si forte quis aliter in eum sit affectus, (quemadmodum credo vel in Deos ipsos affici plerosque) non iste quidem illi sit inimicus; neque enim nocere potest; sed ipse potius sibi, cum gravissimam sibi pœnam infligat, melioris inscientiam, ejusque sit præsidio destitutus.

Atqui si de Cynica professione scribere nunc instituerem; de iis, quæ in mentem venirent, nihilo fortasse hactenus dictis pauciora commemorarem. Nunc vero quod argumento ac proposito nostro consequens est retinentes, deinceps id consideremus, cujusmodi illos esse deceat qui fabulam comminiscuntur. Quanquam prius illud fortasse disceptandum est, cuinam Philosophiæ generi fabularum scriptio congruat. Hoc enim multi Philosophorum pariter ac Theologorum egisse videntur: velut Orpheus ille vetustissimus, qui non sine afflatu divino philosophatus est; sed & pauci qui illum consecuti sunt. Quin etiam Xenophon, & Antisthenes, ac Plato, fabulas multis in locis adhibuerunt. Ex quibus apparet, si minus id Cynico fas est, Philosophorum certe generi alicui fabularum scriptionem esse tribuendam. Quamobrem pauca de Philosophiæ sive partibus, sive instrumentis, perstringenda sunt. Neque enim admodum refert utri ex ambabus illis, Ethicæ an Physicæ, Logicam adscribamus: nam ex utraque ratione necessitas eadem sequitur. Trium igitur illorum quodlibet in tria dividitur: Physica pars in Theologicam, & Mathematicam, nec non tertiam illam, in eorum, quæ oriuntur & occidunt, tum sempiternorum corporum contemplatione positam; quorum naturam & essentiam singillatim considerat. Jam pars illa, quæ Practica dicitur, aut circa unum & singularem virum occupatur, & est Ethica; aut Oeconomica, quæ in una familia; aut Politica deniq; quæ in administranda civitate versatur. Rursus Logicæ genus aliud est demonstra-

A τιμᾶσθαι Φιλῆι. καὶν τις ἐτέρως ἔχη πρὸς αὐτόν· κατὰπερ, οἶμαι, πολλοὶ πρὸς τὰς θεὰς· ἐκείνω μὲν ἔκ ἐσιν ἐχθρὸς· ἔδὲ γὰρ βλαβερὸς αὐτὸς δὲ αὐτῷ, βαρύτερον ἐπιθεῖς τίμημα τὴν ἑκείνου ἀγνοίαν, ἔρημος λείπειται ἐκείνη προσασίας.

Ἄλλ' εἰ μὲν νῦν μοι πρὸς κείνους περὶ κυνισμῶν γράφειν, εἶπον ἂν ὑπὲρ τῶν ἔτι τὰ παλαιά μοι τῶν εἰρημένων ἴσως ἔκ ἐλάττω. νῦν δὲ ἀποδιδόντες τὸ συνεχὲς τῆ προαιρέσει, <sup>ἡ ἑσθ.</sup> <sup>τῆ προαιρέσει τὸ συνεχές,</sup> περὶ τῆ ποδαπὸς εἶναι χρὴ τὰς πλαττομένους τὸ μῦθον, ἐφεξῆς σκοποῦμεν. ἴσως δὲ ἠγέεται καὶ ταύτης τῆς ἐγχειρήσεως ἐκείνη· ὅποια τινὶ φιλοσοφία προσήκειν ἢ μυθογραφία. Φαινόμενα γὰρ πολλοὶ καὶ τῶν φιλοσόφων αὐτῶν, καὶ τῶν θεολόγων, ποιήσαντες ὡς περ' Ὀρφεὺς μὲν ὁ παλαιότατος ἐνθέως φιλοσοφῆσας· ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν μετ' ἐκείνων. ἔ μὴν ἄλλα καὶ ξενοφῶν φαίνονται, καὶ ἀντισθένης, καὶ πλάτων προσχρησάμενοι πολλὰ καὶ τοῖς μύθοις. ὡς δ' ἡμῖν πέφηκε, καὶ εἰ μὴ τῶ κυνικῶ, φιλοσόφῳ γένεσθαι προσήκειν ἢ μυθογραφία. Μικρὰ ἔν ὑπὲρ τῶν τῆς φιλοσοφίας εἴτε μορίων, εἴτε ὀργάνων· ἐσι γὰρ ἔ μέγα τὸ διαφέρον ὁπότέρως ἂν τις τῆ τε ἠθικῶ καὶ τῶ φυσικῶ τὸ λογικὸν προσαρθῆ. ἀναγκαῖον γὰρ ὁμοίως φαίνονται κατ' ἀμφοτέρω. Τριῶν δὲ τῶν αὐτῶν ἕκαστον εἰς τρία τέμνεται. τὸ μὲν φυσικόν, εἰς τὸ θεολογικόν, καὶ τὸ περὶ τὰ μαθήματα, καὶ τὸ τρίτον περὶ τὴν τῶν γιγνομένων, καὶ ἀπολλυμένων, καὶ τῶν αἰδίων μὲν, σωματίων δὲ ὁμοίως θεωρίαν· τί τὸ εἶναι αὐτοῖς, καὶ τίς ἢ ἔσθια ἐκείνη. Τῆ πρακτικῆς δὲ τὸ μὲν πρὸς ἕνα ἄνδρα, ἠθικόν· οικονομικὸν δὲ, τὸ περὶ μίαν οἰκίαν· πολιτικὸν δὲ, τὸ περὶ πόλιν. Ἐσι μὲν τοὶ λογικοῦ τὸ μὲν ἀποδεικτικόν,   
διὰ

δια τῶν ἀληθῶν· τὸ δὲ δια τῶν ἐνδό-  
 ξων, βιαστικόν· τὸ δὲ δια τῶν Φαινομέ-  
 νων ἐνδόξων, παραλογιστικόν. Οὐδὲν δὲ  
 τοσούτων τῶν τῆς Φιλοσοφίας μερῶν,  
 εἰ μὴ τί με λέληθε· καὶ εἰδὲν θαυμάσιον  
 ἄνδρα στρατιώτην μὴ λίαν ἐξακριβῆν,  
 μὴδ' ἐξουχίζεν τὰ τοιαῦτα, ἀτε ἐκ ἐκ  
 βιβλίων ἀσκήσεως, ἀπὸ δὲ τῆ προστυ-  
 χῆσης ἀλλὰ ἐξ ἑως ἀποφθεγγόμενον  
 ἔσεσθε γούμ μοι καὶ ὑμεῖς μαρτυ-  
 ρες, εἰ τὰς ἡμέρας λογίσεσθε, πό-  
 σαι καὶ τινες εἰσὶν αἱ μέλαξυ ταύτης  
 τε, καὶ τῆς ἐναγχαῖ ἡμῖν γενομέ-  
 νης ἀκροάσεως· ὅσων τε ἡμῖν ἀσχο-  
 λιῶν πλήρεις· ἢ ἄλλ', ὅπερ ἔφη, εἰ  
 καὶ τι παραλέλειπαι παρ' ἐμῶ· καὶ  
 τοι νομίζω γε μηδὲν ἐνδεῖν· πλὴν ὁ  
 προστιθεὶς ἑστέχθρος, ἀλλὰ Φίλῳ ἔ-  
 σαι. Τῶν δὲ τῶν μερῶν ἔτε· πρὸς λο-  
 γικῶν προσήκη τῆς μυθολογίας, ἔτε πρὸς  
 φυσικῶν, ἔτε τῶν μαθηματικῶν μόνον ἢ,  
 εἴπερ ἄρα, τῶν πρακτικῶν, τῶν πρὸς ἕνα  
 γινόμενων· καὶ τῶν θεολογικῶν, τῶν τελεσι-  
 κῶν, καὶ μουσικῶν· Φιλεῖ γὰρ ἡ φύσις κρύ-  
 πτεσθαι· καὶ τὸ ἀποκεκρυμμένον τῆς τῶν  
 θεῶν ἐσίας ἐκ ἀνέχεται γυμνοῖς εἰς ἀ-  
 καθαρίσας ἀκοῆς ῥίπτεσθαι ῥήμασι. Ὅ-  
 περ δὲ δὴ τῶν χαρακτῆρων ἢ ἀπόρρη-  
 τῶν φύσις ὠφελεῖν πέφυκε, καὶ ἀγνω-  
 μένη θεοραπεύει γὰρ ἢ ψυχὰς μόνον,  
 ἀλλὰ καὶ σώματα· καὶ θεῶν ποιεῖ πα-  
 ρουσίας· τῶν οἶμαι πολλάκις γίνε-  
 σθαι, καὶ διὰ τῶν μύθων· ὅταν εἰς τὰς  
 τῶν πολλῶν ἀκοῆς ἢ δυνάμενα τὰ θεῖα  
 καθαρῶς δέξασθαι, δι' ἀνιγμάτων  
 ἀλλοῖς μετὰ τῆς μύθων σκηνοποιίας  
 ἐγχεῖται. Φανερῶ δὲ ἤδη γενομένους τι-  
 νι καὶ ποίω Φιλοσοφίας εἶδη, καὶ μυ-  
 θολογίας εἶδη, ὅτε \*\* πρὸς γὰρ τῶν  
 λόγῳ μαρτυρεῖ τῶν τοιούτων ἢ τῶν προλαβόν-  
 των ἀνδρῶν προαίρεσις. ἐπεὶ καὶ Πλά-  
 τωνα πολλὰ μεμυθολόγηται περὶ τῶν  
 ἐν αὐτῷ πραγμάτων θεολογῶντι· καὶ  
 πρὸς γε τῶν τῆς Καλλιόπης. Ἀν-

πρὸς ἡ καὶ συμπληρῶν  
 καὶ π. 13.

A tivum, quod veris innititur; aliud, quod  
 probabilibus utitur, violentum; tertium est  
 sophisticum, cujus ea sunt quæ probabilia  
 videntur. Quamobrem cum sint totidem  
 Philosophiæ partes, nisi quid me fortassis  
 effugit; quod minime mirum est, milita-  
 rem hominem talibus in rebus haud adeo  
 diligenter esse versatum, nec ea subtilius  
 exequi, utpote qui non librorum usu, sed  
 vulgari fretus peritia de istis pronunciet. Hu-  
 jus vero vel ipsi testes esse mihi poteritis, si  
 B recordari volueritis, quot ab illo tempore,  
 quo acroamati illi nuper interfuimus, ad  
 præsens, dies interfuerint, quantasque no-  
 bis occupationes attulerint. Sed si quid a  
 me, uti dixi, prætermisum est; etsi nihil re-  
 lictum arbitror; qui quod deest adjecerit,  
 hunc non inimicum, sed amicum putabo.  
 Ex istis vero partibus, neque Logicæ fabu-  
 larum scriptio convenit; neque Physicæ;  
 neque Mathematicæ; sed uni, si forte, pra-  
 cticæ Philosophiæ generi, quod circa sin-  
 C gularum hominem versatur: tum ei Theo-  
 logiæ parti, quæ circa initiationes ac myste-  
 ria consistit. Etenim natura gaudet ab-  
 scondi, & arcanam Deorum naturam im-  
 puras in aures abjici nuda oratione non pa-  
 titur. Quam autem characterum natura  
 secretior utilitatem solet afferre; ut cum  
 non solum animis, sed etiam corporibus  
 medetur, ac Deorum procurat adventus;  
 illam ipsam fabularum interventu effici sæ-  
 pius arbitror, quando in aures vulgi, quæ  
 D divinas res nudas ac sinceras non capiunt,  
 eadem per anigmatum involucra cum ar-  
 tificiofis fabulis infunduntur. Cum igitur  
 perspicuum jam sit, cuinam & quali  
 Philosophiæ sectæ fabularum nonnun-  
 quam sit permessa conscriptio \*\* Nam præ-  
 ter rationem, antiquorum etiam favere stu-  
 dium & institutum videtur. Nam & Pla-  
 to cum de inferiorum rebus Theologice  
 disputaret, fabularum plurimum illigavit;  
 tum ante Platonem Calliopes filius; An-  
 tisthe-

